

*Victor Uticens. l. 2. de persec. Vandal. Respon-*  
*spondit Eugenius orthodoxorum præci-*  
*puus cum suis, Ife disputationem legis cum*  
*adjutorio DEI nullatenus declinare, vel fu-*  
*gere, sed sine Universitatis assensu non debere*  
*asserendæ fidei nostræ cauſas assumere. Pru-*  
*denter sanè & modestè, ne toti Ecclesia præ-*  
*judicetur à paucis: aliis quoque Doctori-*  
*bus in Consilium ascitis. Hocvero postula-*  
*tum indignè ferens Hunnerichus vulpinâ*  
*exuta leoninam induit, ac Episcopos dispu-*  
*tationi interfuturos exilio ante mulctavit,*  
*quàm dies colloquio destinatus adveniſ-*  
*set; Neque hic furor sedatus: Sed cum dies*  
*dictus adesset, idem quendam ex Homousi-*  
*anorum cœtu Lætum flammis subjecit. Hoc*  
*nimirum spectaculo illuminativo cæteros*  
*docere voluit, quid & ipsi expectarent, si li-*  
*berius in disputatione loquerentur. Atque*  
*hoc erat, quod movit Eugenium, ut ex trans-*  
*marinis etiam Catholicis collocutores deposce-*  
*ret, nec deessent in Africâ, qui adversariorum*  
*objecta refellerent, sed ut illi venirent, qui*  
*alieni ab eorum dominatu, majorem fiduciam*  
*libertatis haberent, pariterque oppressionis no-*  
*stræ calumniam universis populis nunciarent.*

## PRIMUS OBEX.

### LEX QVASI ACINACEA.

De Religione cum Musulmano disputare nefas esto.

R 2

§. I. De